



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1514. usque ad annum 1520

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118464**

§. 17. Ximenius pro Regis itinere classem parare jussus

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66414](#)

Sæcul. XVI. cere propensi erant, cum opportune Bru-  
A.C. 1517. xellas Ximenii Cardinalis epistola defer-  
tur, qua significabat, mutato Inquisitio-  
nis rigore nil frequentius, nilque proprius  
fore, quam ut Judices ab accusatis sica  
conficerentur, ac procul dubio brevi to-  
ta Hispania communi seditione turbare-  
tur. Hæc Ximenii ratio adeo prævaluit,  
ut Deputati re infecta reverti compelle-  
rentur.

## §. XVII.

*Ximenius pro Regis itinere classem  
parare jussus.*

Gomes. l. c. Appropinquante Regii in Hispaniam iti-  
neris tempore, Ximenius classem in-  
struere, atque ad Belgii oram, ubi Rex  
vela dare constituit, transmittere jube-  
batur. Ipse Cardinalis Castellæ Regem  
iter suum maturare urgebat, ut motos  
populorum tumultus præsentia sua com-  
pesceret. Querebantur enim illi, omnem  
Hispaniæ pecuniam in Belgium deporta-  
ri (\*), ac denique exteros omnibus offi-  
ciis,

(\*) Aut injusta fuit horum querela, aut  
falsum, Regique injuriosum, illum adeo pecu-  
niis inopem fuisse, ut pro suo in Hispaniam  
itinere a Judæis & Mahometanis etiam cum di-  
spendio iustitiae vindicativæ pecunias accipere  
paratus fuisse.

ciis, ac Sacerdotiis cumulari, indigenis  
inde exclusis. Hoc Cardinalis nuncio <sup>sæcul. XVI.</sup>  
~~A.C. 1517.~~  
haud parum terrebatur Bruxellensis Se-  
natus, quapropter decreto mox Re-  
gis discessu, classis ex Hispaniæ portu  
solvit, ut Regem cum tota sua Curia e  
Belgio ad Regnum deveheret.

## §. XVIII.

*Papa ab Hispanis decimas petere con-  
stituens.*

Hoc itineris intervallo Ximenius vix  
non cum Pontifice simultatem susce-  
pisset, cum enim magnificentiæ, qua Leo  
delectabatur, explendæ nec ærarium A-  
postolicum, nec redditus ex aliis Christia-  
norum Provinciis collecti sufficerent, ad  
specialia confugere media necessitas sua-  
sit; quapropter, cum Hispania summis  
Pontificibus singulari obsequio addicta  
esset, atque ambo Episcopi Toletanus, *Petrus Ang.*  
& Cæsar augustanus, qui tum rerum <sup>ep. 596.</sup>  
summam moderabantur, pro Sede Apo- *Spond. ad*  
stolica se totos devoverent, Pontifex <sup>ann. 1517.</sup>  
Nuncio suo tum in Hispaniis agenti Bul-  
lam transmisit, qua triennales decimas  
ex omnibus beneficiorum redditibus coge-  
re jubebatur.

Speciosus hujus exactio[n]is obtende-  
batur prætextus (\*); spargebatur enim  
infrin-

(\*) An is fuerit duntaxat obtentus, vide in-  
fra §. XCIV.